

# Das Palmenwunder

**(aus einer spätantiken Quelle namens Pseudo-Matthäus, 4, Jhd. n. Christus,  
vermutlich in Syrien in spätantiken Latein zu Papier gebracht)**

Am dritten Tag ihrer Reise geschah es,  
daß Maria von der allzu großen Sonnenglut in der Wüste müde wurde,  
und als sie einen Palmbaum sah, sprach sie zu Josef:  
"Ich möchte in seinem Schatten ein wenig ausruhen."

ioseph autem festinans duxit eam ad palmam et descendere eam fecit de iumento.  
cumque resedisset Maria respiciens ad comam palmae  
vidit eam plenam pomis  
et dixit ad Ioseph

Josef aber führte sie eilends zu der Palme und ließ sie von dem Lasttier absteigen.  
Als Maria sich niedergelassen hatte, schaute sie zur Krone der Palme hinauf  
und sah sie voller Früchte.  
Sie sagte zu Josef:

desidero, si fieri posset, ut ex istis fructibus huius palmae perciperem.  
et ait ad eam Ioseph  
miror te dicere hoc cum videas quantae sit altitudinis palma ista  
et quod tu de palmae fructibus cogitas edere.

"Wenn es möglich ist, möchte ich gern von den Früchten der Palme haben."  
Josef sprach zu ihr:

"Es wundert mich, daß du dies sagst, weil du sehen kannst, wie hoch die Palme ist,  
und daß du trotzdem darüber nachdenkst, von den Palmfrüchten zu essen.

ego magis de aquae penuria cogito  
quae nobis iam defecit in utribus  
et non habemus unde nos et iumenta refocillare valeamus.

Ich denke eher über unseren Wassermangel nach,  
da uns das Wasser in den Schläuchen zur Neige geht  
und wir nichts haben, womit wir uns und die Lasttiere erfrischen könnten."

2. tunc infantulus Iesus laeto vultu in sinu matris suae residens  
ait ad palmam flectere arbor  
et de fructibus tuis refice matrem meam.

Da sagte das Jesuskind, das mit fröhlicher Miene auf dem Schoß seiner Mutter saß,  
zu der Palme: "Neige dich, Baum,  
und erfrische meine Mutter mit deinen Früchten!"

et confestim ad hanc vocem inclinavit palma cacumen suum usque ad plantas Mariae  
et collegerunt ex ea fructus quibus omnes refecti sunt.

Und sogleich auf diesen Ruf neigte die Palme ihre Krone bis zu den Füßen Marias,  
und man sammelte von ihr Früchte, an denen sich alle gütlich taten.

postquam vero collecta sunt omnia poma eius

inclinata manebat expectans ut eius ad imperium resurgeret  
ad cuius imperium fuerat inclinata.

Als man alle Früchte von der Palme geerntet hatte,  
blieb sie in geneigter Stellung in der Erwartung, sich auf Befehl dessen wieder aufzurichten,  
auf dessen Geheiß sie sich geneigt hatte.

tunc Iesus dixit ad eam erige te palma et confortare  
et esto consors arborum mearum quae sunt in paradiso patris mei.  
aperi autem ex radicibus tuis venam quae absconsa est in terra  
et fluant ex ea aquae ad satietatem nostram.

Da sprach Jesus zu ihr: "Richte dich auf, Palme, und komm wieder zu Kräften!  
Sei Genossin meiner Bäume, die im Paradies meines Vaters stehen!  
Öffne aber unter deinen Wurzeln eine Wasserader die in der Erde verborgen ist,  
und aus ihr sollen Wasser fließen, um unseren Durst zu stillen!"

et statim erecta est palma  
et coeperunt per radices eius egredi fontes aquarum limpidissimi et frigidi et dulcissimi  
nimis.  
videntes autem fontes aquarum gavisii sunt gaudio magno  
et satiati sunt cum omnibus iumentis et hominibus  
gratias agentes deo.

Sogleich richtete die Palme sich auf,  
und an ihren Wurzeln begannen ganz klare, frische und ganz süße Wasserquellen zu sprudeln.  
Als sie aber die Wasserquellen sahen, freuten sie sich ungemein.  
Sie löschten den Durst zusammen mit allen Lasttieren und Menschen  
und sagten Gott Dank.

20. die autem altera profecti sunt inde  
et in hora qua iter agere coeperunt  
Iesus conversus ad palmam dixit  
hoc privilegium do tibi palma ut unus ex ramis tuis  
transferatur ab angelis meis et plantetur in paradiso patris mei.

Am nächsten Tag zogen sie von dort weiter,  
und zu der Stunde, als sie sich auf den Weg machten,  
wandte sich Jesus um und sagte zu der Palme:  
"Dieses Vorrecht gebe ich dir, Palme, daß einer von deinen Zweigen  
von meinen Engeln weggetragen und im Paradies meines Vaters eingepflanzt wird.

haec eo loquente ecce angelus domini apparuit  
stans super arborem palmae et auferens unum ex ramis eius  
volavit ad caelum habens ramum in manu sua.

Als er dies sagte, siehe, da erschien ein Engel des Herrn,  
blieb über dem Palmbaum stehen, nahm einen von seinen Zweigen  
und flog zum Himmel, den Zweig in seiner Hand haltend.